

MUSIC OF THE SARUM OFFICE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 23.
Pages 883-914.

Ebdomada j. quadragesime.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMIX.

Music of the Sarum Office is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut Grégorien du Canada, 45 Mercer Street, Dundas, Ontario, Canada L9H 2N8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

Music of the Sarum Office is distributed over the internet through.pdf files located at:
www.humanities.mcmaster.ca/~renwick/sarum-01.htm

This document first published July 1, 2009.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut Grégorien du Canada is a charitable foundation registered by the Federal Government of Canada.

Web site address: www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2009.

¶ *Feria ij. j. ebdomada xl.*

[¶ *Feria ij. prime ebdomade xl. ante matutinas omnes cruces, imagines, reliquie, et vas continens eucharistiam sint cooperte, usque post resurrectionem in die pasche, nisi imago beate Marie super principale altare quando festum annunciationis in quadragesima celebratur : et excepto siler¹ quod ad processionem dominice in ramis palmarum crux principalis in ecclesia, et crux super principale altare illa dominica permaneant discooperte.*

Ab hinc ergo usque ad iiij. feriam ante pascha velum quoddam dependeat in presbyterio ante altare inter chorum et altare, quod per totam xl. in feriis quando de feria agitur debet esse dimissum : nisi dum evangelium vel passio legitur ad missam : tunc interim extollitur et elevatum dependeat quousque a sacerdote dicatur Oráte fratres. Et si in crastino sequatur festum ix. lectionum et in sabbatis, tunc de cetero eo die non dimittetur velum nec etiam ante matutinas feriales. Tamen in die festo quando fit missa de jejunio velum usque ad inceptionem evangelium semper dimittetur : et non ultra illo die. Ita tamen quod semper ad elevationem Corporis Christi extolletur velum : et statim dimittetur. Quarta autem feria ante pascha dum passio Domini legatur debet esse dimissum : et ad prolationem hujus clausule Velum templi scissum est. predictum velum presbyterii decidat in aera.

¶ *Sciendum est quod in hac feria et in omnibus feriis quadragesime quando de feria agitur in inceptionem matutinarum, laudum, vesperarum, completorium, et cujuslibet hore diei fiat genuflectio.]²*

¶ *Ad matutinas.*

Invitatorium. Veníte exultémus Dómino. [156].

Ps. Ipsum. 20.*

Hymnus. Summi largítor prémii. 858.

In nocturno ant. Dóminus defénsor. [159].

Ps. Dóminus illuminátio. (xxvj. [159].) et cetere antiphone cum suis psalmis illius ferie.

Quotidie per ebdomadam dicuntur V̇. et Ṙ. ad matutinas secundum ordinem nocturnorum hystorie dominicalis quando de temporalis agitur, ita tamen quod Ṙ. ferialia non omittantur.

Lectioes de sermone beati Maximi episcopi.
(*Ambrosii sermo 36. De sermone beati Maximi.*)³

Lectio prima.



[90v.] Nte dies devoti6num sancte quadragesime predicantes sacrarum litterarum exempla protulimus, quibus approbaremus hunc quadragenarium numerum non esse ab hominibus constitutum, sed divinitus consecratum : nec terrena cogitatione initiatum, sed celesti majestate preceptum. Atque ideo qui constitutum numerum una die manducando preterit : non unius diei violator accusatur, sed ut totius quadragesime transgressor arguitur. Unde bonum est homini ut ad diem sine labore jejuset : et totius quadragesima consequatur pariter sanctitatem. Hec autem non tam sacerdotum precepta quam Dei sunt, atque ideo qui spernit, non sacerdotem spernit : sed Christum qui in suo loquitur sacerdote. Videamus

igitur quo tempore hanc observantiam nobis indixerit Dominus : si non veluti per istam devotionem cuncta elementa voluerit habere profectum. Ecce enim indicta quadragesima, constricta hyemali gelu terra resolvitur : et aquarum fluentia meatus suos glacie liquefacta recipiunt. Sic quoque corporum nostrorum hoc eodem tempore contracta scleribus, peccata solvuntur : et vite nostre purior cursus liquefacto rigore diaboli meatum suum pristinum recognoscit. Terra inquam in dicta⁴ quadragesima asperitatem deponit hyemis : ego in dicta quadragesima asperitatem rejicio delictorum. Illa terra aratris scinditur ut mundanis sit congrua frugibus : mea terra jejuniis exaratur, ut celestibus sit apta seminibus. Tu autem.

Lectio secunda.

Sicut enim uberiorem redditum capit qui frequentius vexando exercet campum : ita et majorem gratiam percipit qui exercet campum corporis sui, sepius jejunando. Ecce enim abstinentie tempore herba segetum reviviscit in messem : surculus arboris conatur in fruticem

palmes vinee pubescit in gemmam, et omnia de inferioribus ad altiora se surrigunt : ita hoc eodem tempore hominum spes interim mortua reviviscit in posterum, fides perdita reparatur in gloriam, temporalis vita proficit in eternam, et omne humanum genus ad celestia se sur-

rigens, ab ínferis ad altióra consúrgit. Modo ferrum gestans agrícola sarménta députat vineárum : ita et nunc evangélium tractans epíscopus, sordes ámputat populórum. Et isto quadragenáριο currículo, unívérse hoc agunt creatúre : quátenus depóstitis supérfluis ornáte vel compte in pascha procédant. Modo ómnia sunt in partu : ut tunc reperiántur in fructu. Tunc enim contra natúre spéciem spina profert rosam, cálamus flagrat lílium, suavítatem árida virgúla deprómunt, et ita cuncta flóribus adornántur : ut festivitátem diéi magne creatúra ipsa nitóre sui celebráre credátur. Igitur et nos hoc

eódem témpore jejuniórum, producámus de spinis nostris rosas : hoc est de peccátis justítiam, de severitáte misericórdiam, de avarícia largitátem. Iste enim spine sunt córporis nostri que prefócant ánimam : de quibus ait scriptúra, Spinas et tríbulos tibi germinábit terra. Gérminat enim michi terra mea spinas : si me corpóralis libídinis titillatióne compún- git. Génerat michi tríbulos : cum me divitiárum seculárium cupiditáte discruciat. Spina enim Christiáno avarície sue radix est. Spina viro bono honóris ambítio est. Vidéntur enim spécie apud suos grate esse sed ledunt.

Lectio iij.

Is ergo nisi vigilándo et jejunándo curári non póssumus : quin pótius per abstinéntiam ipse spine vertántur in rosam. Producit enim jejunándo libido castimóniam, supérbia humilitátem : ebrietas⁵ par- citátem. Hi enim sunt flores vite qui suáve Christo rédolent : qui odórem bonum Deo spirant. Unde ait apóstolus, quóniam Christi bonus odor sumus Deo. Hanc ergo jam quadragésimam largítus est nobis Dóminus, ut hujus témporis spácio in morem tótius creatúre, nunc concupiscámus virtútum gérmina : ut in

die pasche fructum justície profere- rámus. Hoc autem quadragenáριο número seípsum Dóminus Christus exércuit, non ut profécum ipse cáperet : sed ut profécum salútis nobis osténderet. Nec enim in illo erat spina peccáti : que verterétur in florem. Ipse enim erat flos natus, non de spina sed de virga : sicut ait prophéta, Exiet virga de radíce Jesse : et flos de radíce ejus ascéndet. Virga enim erat María, nítida súbtillis et virgo : que Christum velut florem, integritáte sui córporis germinávit. Continuátis ergo quadraginta diébus [91r.]

et noctibus, hec jejúnia non esúriens Dóminus procurávit : sed dicit illum evangelista esuriisse póstea. Quómodo ergo potest fieri, ut qui tantórum diérum número famem sitímque non sénsent, póstea esurierit ? Esuriébat plane : nec negáre póssumus quod esurierit. Esúriit enim non cibum hóminum sed salútem, nec escárum secularium épulas concupívit sed animárum desiderávit

celéstium sanctitátem. Cibus enim Christi : est redémpcio populórum. Cibus Christi, est patérne voluntátis efféctus : sicut ipse ait, Meus autem cibus est : ut fáciam voluntátem Patris qui me misit. Unde et nos esuriámus cibum, non qui terrénis épulis apparátur : sed qui divinárum Scripturárum lectióne collígitur. Ille enim corpus ad tempus nutrit : hic autem ánimam réficit in etérnum.

[*Ante laudes.*]

Versus. Ipse liberávit me. 864.

¶ *In laudibus.*

Antiphone et psalmi illius ferie. [172].


Capitulum. Convertímini. 836.

Hymnus. Audi benígne. 875.

Versus. Scuto circúndabit. 876.

AS:158; 1519:152v; 1531:91r.

5350. Ant.
VIII.i.



E- ní-te * be-ne-díc-ti Pat-ris me- i : percí-pi-te
regnum quod vo-bis pa-rá-tum est ab o-rí-gi-ne mundi.

Ps. Benedíctus. 60*.

Deinde dicuntur preces feriales cum psalmo Miserére. (l. [409].) et cum psalmo Dómine ne in furóre. j. (vj. [407]). qui dicitur post psalmum Miserére.

¶ *Et sciendum est quod per omnes horas per totam xl. quando de feria agitur : unus de vij. psalmis penitentialibus suo ordine post psalmum Miserére. dicitur : nisi ad vj. tunc enim dicitur Ps. Deus misereátur nostri. (lxvj. [51].) loco psalmi Miserére [mei].⁶*

Et si festum ix. lectionum in crastino sequatur : tunc ad ix. tres ultimi psalmi dicuntur. Similiter fiat in sabbato.

Oratio.

¶ **C**onvérte nos Deus salutáris
noster : et ut jejúnium nobis⁷
quadragesimále proficiat, mentes nos-

tras célestibus ínstrue disciplínis. Per
Dóminum [nostrum].⁸


¶ *Ad primam.*

AS:158; 1519:153r; 1531:91r.


Ant.
III.v.



I- vo e-go * di-cit Dó-mi-nus, no-lo mortem



pecca-tó-ris : sed ut ma- gis convertá-tur et vi-vat.



Ps. Deus in nómine. (liij. [97].)

Et cetera omnia que ad primam pertinent expleantur.

Omni die per totam xl. usque ad cenam Domini quando de feria agitur : statim post primam ante missam capitularem, dicitur commendatio animarum nisi in crastino duplicis festi. Et dicatur sine nota quando Dirige. sine nota precesserit : hoc modo. Super psalmos ant. Réquiem etérnam. Ps. Beáti immaculáti. (cxvij. [98].) [et cetera]⁹ ut supra dictum est¹⁰ in prima dominica adventus Domini post ij. vespas. 90.


5481.

¶ *Ad iij.*

AS:158; 1519:153r; 1531:91r.

4261.

Ant.
I.i.



Er arma justí-ci- e * virtú-tis De- i, commendé-



mus nosme- típsos in multa pa-ti- énti- a. *Ps.* Legem pone.
(cxviiij. 33. [131].)

Capitulum. (*Jobel ij.* [: 13].)

<p>Convertímini ad Dóminum De- cum nostrum¹¹ quia benígnus et miséricors est, pátiens et multum</p>	<p>miséricors : et prestábilis super malíciam.</p>
---	--

℞. Partícipem. 877.

[*De xv. psalmis et letania.*]

Ab hac die usque ad quartam feriam ante pascha quando de feria agitur post tertiam dicuntur quindecim psalmi graduum pro omni populo Dei hoc modo.

Ant. Ne reminiscáris. [412]. [*et fñiatur sic De peccátis nostris.*]¹²

Ps. Ad Dóminum cum tribulárer. (cxix. [319].) *usque ad psalmum* Laudáte nomen Dómini. (cxxxiiij. [337].) (*Quere post psalterium.*)¹³

Hic nunquam dicitur ps. Laudáte Dóminum in sanctis. (cl. [54].) *post psalmum* Ecce nunc. (cxxxiiij. [336].) *et dicitur post unumquemque psalmum* Glória Patri. *cum letania et collectis*¹⁴ *subsequentibus.*

Et quicquid dicit sacerdos de letania [414]. : *chorus idem repetat plene et integre usque ad prolationem versus* Ut pacem nobis dones. *Tunc respondent chorus tantum* Te rogámus audi nos. *et sic de singulis : usque ad* Fili Dei te rogámus audi nos. *Tunc enim respondent chorus idem : et sic de singulis usque dum dicitur* [Kyrielýson. hoc modo.]¹⁵

Kyrielýson. [*ij.*] Christelýson. [*ij.*] [Christe audi nos. [*ij.*] Pater de celis.

[ij.] [414]. *[et hec omnia in prostratione tam a sacerdote quam a toto choro sine nota dicatur.]*¹⁶

Kyrieléyson. [ij.] [419]. [*etc.*].

[V.] Pater noster. [5]. [*secreto usque ad*] [V.] Et ne nos indúcas. [R.] Sed libera.

[V.] Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam. [R.] Et salutáre.

[V.] Et véniat super nos. [R.] Salutáre.

[V.] Peccávimus cum pátribus. [R.] Injúste égimus.

[V.] Dómine non secúndum peccáta. [R.] Neque secúndum.

[V.] Orémus pro omni gradu ecclésie. [R.] Sacerdótes tui.

[V.] Pro frátribus et soróribus. [R.] Salvos fac servos tuos.

[V.] Pro cuncto pópulo Christiáno. [R.] Salvum fac pópulum.

[V.] Dómine fiat pax. [R.] Et abundántia.

[V.] Anime famulórum famularúmque. [R.] Amen.

[V.] Dómine exáudi. [421].

[V.] Dóminus vobíscum.

Oratio. Deus cui próprium. [422]. *que terminetur sic,* Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Deinde dicantur omnes orationes que subsequuntur sub uno Per éundem. et sub uno Orémus.

Oratio. Omnípotens sempitérne Deus qui facis. [422].

Oratio. Deus qui charitátis. [422].

Oratio. Deus a quo sancta. [422].

Oratio. Ineffábilem. [422].

Oratio. Fidélium. [423].

Oratio. Pietáte tua quésumus Dómine. [423]. *que terminetur sic,* Per éundem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Et notandum est quod omni die feriali dicitur letania sicut in secunda feria usque ad martyres, et a Propítius. [416]. usque ad finem. [91v.]

Preces et collecte hac die et ceteris feriis, que in secunda feria dicuntur. Et hec omnia in prostratione tam a sacerdote quam a toto choro sine nota dicuntur.

¶ *Ad sextam.*

AS:158; 1519:153v; 1531:91v.

1857. Ant.
IV.v.



Ommendémus nosme-típsos * in multa pa-ti-
é-nti-a : in je-jú-ni-is mul-tis, per arma justí-ti-e.



Ps. Defécit in salutáre. (cxviiij. 8i. [I4I].)

Capitulum. (Esai. iv. 7.)

<p>Derelinquat ímpius viam suam, et vir iníquus cogitatiónes suas : et revertátur ad Dóminum et mise-</p>	<p>rébitur ejus, et ad Deum nostrum quóniam multus est ad ignoscéndum.</p>
--	--



R. Ab omni [via mala].¹⁷ 879.

¶ *Et sciendum est quod omni die per xl. scilicet in ferialibus diebus dicantur omnes hore ante missam [feriale de jejunio].*¹⁸

¶ *Ad nonam.*

AS:159; 1519:153v; 1531:91v.

1294. Ant.
VIII.i.



D-ve-né-runt no-bis * di-es pe-ni-tén-ti-e, ad re-



dimenda peccá-ta et salvándas á-nimas. *Ps. Mirabilia. (cxviiij. 129. [150].)*

Capitulum. (Esaie lviiij. [: 7.])

F Range esuriénti panem tuum, et egénos vagósque índue in do- mum tuam : cum vidéris nudum	óperi eum : et carnem tuam ne ¹⁹ despéxeris, ait Dóminus omnípotens.
---	--

R̄. Declára super nos. 880.

He predictae antiphonae super horas quotidie dicuntur quando de feria agitur : usque ad passionem Domini. Capitula vero et R̄. per xv. dies dicantur.

Quotidie per totam xl. de quocunque fit servitium : dicantur vespere post missam ante prandium nisi solummodo in dominicis diebus.

¶ *In omnibus feriis per totam xl. usque ad quartam feriam ante pascha : post missam ante vespere dicatur Placébo. XX. nisi in sequenti die fiant ix. lectiones et nisi quando corpus in crastino sepeliendum fuerit. Si vero tale corpus fuerit dicatur Placébo. et Dirige. post prandium ante completorium more solito scilicet usque ad laudes.*

¶ *Ad vespere.*

Antiphonae et psalmi feriales. [317].

Capitulum. (Ezek. xviiij. [: 20.])

A nima que peccáverit ipsa mori- étur, filius non portábit ini- quitátem patris : et pater non portábit	iniquitátem filii, ait Dóminus omni- potens.
--	---


Hoc capitulum dicitur quotidie ad vespere usque ad passionem Domini quando de feria agitur.

R̄. Esto nobis. 881.

Hymnus. Ex more docti. 851.

V̄. Angelis suis. 853.

AS:159; 1519:154r; 1531:91v.

4560. Ant. I.v.  Uod u-ni * ex mí-nimis me-is fe-cís-tis : michi
fe-cís-tis di- cit Dómi-nus. Ps. Magníficat. 46*.

Oratio.

Absólve quésumus Dómine nos- | tórum²⁰ : et quicquid pro eis meré-
trórum víncula ómnium delic- | mur, propiciátus avérte. Per.

Predicti hymni precedentis dominice dicuntur suis locis per xv. dies.

Pulsato bis ad collationem sed utraque vice tam in duplicibus festis quam in aliis cum una sola campana : dicantur vigilie mortuorum : scilicet Dirige. usque ad laudes : sed et post ultimum R̄. dicitur Kyrie eléyson. Christe eléyson. Kyrie eléyson. Pater noster. [5]. sine pronunciatione Et ne nos. dicitur ps. Exaltábo. (xxix. [161].) Deinde preces cum collectis, ut supra in adventu : postea immediate legatur collatio scilicet liber pastoralis beati Gregorii pape : qui sic incipit Pastorális cure. vel dyalogus ejusdem Gregorii de miraculis sanctorum patrum, qui sic incipit Quadam die nimis. que quidem collatio ab hinc quotidie usque ad cenam Domini ante completorium exceptis tantum diebus Dominicis in pulpito legetur : habitu non mutato sic, Jube dómine benedicere. Excellentior qui est in choro : dicat benedictionem. Et cum pro discretionem satis lectum fuerit dicat Tu autem. Lector vero prosequatur Dómine miserére nostri. Ad quam etiam collationem legendam ita scribantur clerici : quod semper fiat inceptio ab excellentiore ex parte chori et legatur in superiori gradu usque ad passionem Domini. Sabbato autem in passione et deinceps : legatur in secunda forma. Ita tamen quod in quarta feria ante pascha : in prima forma legatur. In festis tamen duplicibus, que infra passionem celebrantur : in superiori gradu legatur.

Finita collatione statim pulsatur ad completorium cum unica campana : sed in duplicibus festis cum duabus, et hoc semper semel : et sequatur completorium ut supra.

¶ *Sciendum est quod quotienscunque dicitur Placébo. post missam ante vespas per*

totam xl. dicitur Dirige. ante collationem usque ad laudes tantum in congregatione clericorum. Laudes vero dicantur post matutinas de die et de sancta Maria et post laudes mortuorum dicatur ps. Ad te levávi. (cxxij. [405].).

¶ Feria iij.

Ad matutinas.

Invitatorium &c. ut supra. [217].

Lectioes de sermone beati Augustini episcopi. (Omelia 41.)²¹

Lectio prima.

Eniténtes peniténtes peniténtes, si tamen estis peniténtes et non estis irridéntes : mutáte vitam, corrigite mores, reconciliámini Deo. Et vos enim cum cáthena páscitis. Qua [92r.] (inquis) cáthena ? Que ligavéritis in terra : erunt ligáta et in celo. Audis ligatúram : et Deo te putas fácere impostúram ? Peniténtiam agis genu figis : et irrides et subsánnas patientiam Dei. Si pénitens es : pénitet te. Si non pénitet te : pénitens non es. Si ergo pénitet te : quare facis quod male fecísti ? Si fecísse pénitet : noli fácere. Si adhuc facis : certe pénitens non es. Et

quidem charíssimi egrótant homines, mittúntur ad ecclésiám vel portántur ad ecclésiám, et baptizántur, et renovántur : et felices hinc óbeunt. Sed non ipsa est causa peniténtie. Qui nondum accépit baptísmum : nondum violávit sacraméntum. Qui autem violávit sacraméntum male et pérdite vivéndo, et ídeo remótus est ab altári ne judícium sibi mandúcet et bibat : vitam mutet, córrigat se et reconciliétur dum vivit, dum sanus est. Expéctat étiam ipse tunc reconciliári : quando íncipit mori. Expérti sumus multos expirásse : expectántes reconciliári. Tu autem Dómine.

Lectio secunda.

DEínde étiam dico in conspéctu Dei timóri vestro : timórem meum. Qui autem non timet : tíméntem me contémnet, sed malo

suo. Audi ergo. Certus sum, quia homo baptizátus si vivit : áudeo dícere non sine peccáto ? Quis enim est sine peccáto ? Sed si vitam sine crímine

dúxerit, et tália peccáta habúerit que quotidie dimittúntur in oratióne dicénte, Dimítte nobis débita nostra sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris : quando vadit hinc, vitam non finiet, sed tránsiet de vita in vitam. Sive juste voluntáte sua currat ad baptísmum, sive in perículo constitútus baptizétur et éxeat de hac vita : ad Dóminum vadit, ad réquiem vadit. Baptizátus autem desértor et violátor tanti sacraménti : si agat peniténtiam, ex toto corde agat peniténtiam, ubi Deus videt qui videt et cor. David quando increpátur a prophéta et gráviter increpátur, post comminationés Dei terríbiles clamávit dicens, Peccávi : et mox audívit, Dóminus ábstulit peccátum suum.²²

Tantum valent tres sýllabe. Tres sýllabe sunt : Peccávi. Sed in illis tribus sýllabis : flamma sacrificii cordis ascéndit in celum. Ergo qui égerit veráciter peniténtiam et solútus fúerit a ligaménto quo erat astríctus, et a Christi córpore separátus, et bene post peniténtiam víxerit, quo modo vívere et ante peniténtiam débuit : post reconciliatióne[m] quancúnc[ue] defúnctus fúerit, ad Dóminum vadit. Regno Dei non privábitur : a pópulo dyáboli separábitur. Quisquis enim pósitus in última necessitáte egritúdinis sue volúerit peniténtiam accíperere et áccipit, et mox reconciliátur et hinc vadit : fáteor vobis non illi negámus quod petit : sed non presúmimus quia bene hinc erit.

Lectio iij.

Non presúmo, non vos fallo : non presúmo. Non presúmo : non vos fallo. Fidélis bene vivens secúrus hinc exit, baptizátus ad horam secúrus hinc exit, agens peniténtiam et reconciliátus cum sanus est, et póstea bene vivens : secúrus hinc exit. Agens peniténtiam ad últimum et reconciliátus si secúrus hinc exit, ego non sum secúrus. Unde secúrus sum : dico, et do securitátem. Unde non sum secúrus : peniténtiam dare possum, securitátem non possum. Quod

dico atténdite. Débeo illud plénius expónere : ne me áliquis male intellexísse intélligat. Nunquid dico damnábitur ? Non dico. Sed non dico étiam liberábitur. Et quid dicis michi ? Nescio, nescio : non presúmo, non promítto, nescio. Vis te a dúbio liberáre ? Age peniténtiam dum sanus es. Si enim agis veram peniténtiam dum sanus es, et invénerit te novíssimus dies curréntem ut reconciliéris : si sic agis secúrus es. Quare secúrus ? Quia egísti peniténtiam eo témpore : quo

et peccáre potuísti. Si autem tunc vis ágere ipsam peniténtiam quando peccáre jam non potes : peccáta te dimisérunt, non tu illa. Sed unde scis inquis ne forte Deus dimíttat michi ? Verum dicis, Unde ? Néscio. Illud scio : hoc néscio. Ideo do tibi peniténtiam : quia néscio. Nam si

scirem nichil tibi prodésse : non tibi darem. Item si nescírem tibi prodésse : non te admonérem, non te terrérem. Due res sunt : aut ignóscitur tibi, aut non ignóscitur. Quid horum tibi [92v.] futúrum sit : ego néscio. Dimítte itaque incértum : et tene certum.

[In laudibus.]

AS:159; 1519:154r; 1531:92v.²³

Ant.
Ii.



3385.

N- trá-vit * Je-sus in templum De- i, et e-ji-
ci- é-bat omnes vendéntes et e-méntes : et men- sas nummu-
la- ri- ó- rum et cáthe- dras vendénti- um co- lúmbas e- vértit.

Ps. Benedíctus. 46*.

R Espice [quésumus]²⁴ Dómine
famíliam tuam et presta : ut
apud te mens nostra tuo desidério

Oratio.


fúlgeat, que se carnis maceratióne
cástigat. Per Dóminum.

☩ *Ad vesperas.*


AS:159; 1519:154r; 1531:92v.

1207.


Ant.
I.i.



- bi- it * Je- sus for- as extra ci- vi- tá- tem in Beth-



á- ni- am : i- bí- que do- cé- bat e- os de regno De- i.



Ps. Magnificat. 46.*

Oratio.

Ascéndant ad te Dómine preces
nostre : et ab ecclésia tua cunc-

tam repélle nequíciam. Per.

☩ *Feria iiij.*

[*Ad matutinas.*]

Lectiones de sermone beati Leonis pape. (Sermo 4. de xl.)²⁵

[*Lectio j.*]²⁶

Redicatúrus vobis dilectí-
simi sacratíssimum maxi-
múmque jejúnium quo áp-
tius utar exórdio : quam ut a verbis
apóstoli (in quo Christus loquebátur)
incípíam dicámque quod lectum est,
Ecce nunc tempus acceptábile : ecce
nunc dies salútis. Quamvis enim
nulla sint témpora que divínis non

sint plena munéribus : et semper
nobis ad misericórdiam Dei per ipsius
grátiam prestétur accéssus : nunc
tamen ómnium mentes majóre stúdio
ad spiritáles proféctus movéri, et
amplióre fidúcia animári opórtet :
quando ad unívérssa pietátis officia
illíus nos díei in quo redépti sumus
recúrsus invítat, ut excéllens super

omnia Domínice passiónis sacraméntum : purificáti corpóribus et ánimis celebrémus. Debebátur quidem tantis mystériis ita incessábilis devótio et continuáta reveréntia : ut tales permanerémus in conspéctu Dei quales nos in ipso pascháli festo dignum est inveníri. Sed quia hec fortitúdo paucórum est, et dum carnis fragilitáti austérior observántia relaxátur, dumque per várias actiónes vite hujus sollicitúdo disténditur, necesse est de mundáno púlvere étiam religiósá corda sordéscere : magna divíne institutiónis salubritáte provísus est, ut ad reparándam méntium

puritátem, quadragínta nobis diérum exercitátió mederétur, in quibus aliórum tempórum culpas, et pia ópera redímerent, et jejúnia casta decóquerent. Ingressúri ígitur dilectíssimi dies mýsticos, et purificándis ánimis atque corpóribus sacrátius institútos, precéptis apostólicis obedíre curémus : emundántes nos ab omni inquinaménto carnis ac spíritus. ut castigáti colluctatióibus que sunt inter utrámque substántiam, ánimus quem sub Dei gubernáculis constitútu corpus sui decet esse rectórem, dominatiónis sue obtíneat dignitátem.

Lectio secunda.

Non enim in sola abstinéntia cibi stat nostri summa jejúnii, aut fructuóse córporis esca subtráhitur : nisi mens ab iniquitáte revocétur, et ab obtrectatióibus lingua cohibeátur. Sic ergo nobis edéndi est moderánda líbertas : ut étiam álie cupiditátes éadem lege frenéntur mansuetúdinis et paciéntie, pacis et tranquillitátis. Hoc est tempus : in quo exclúsa omni contaminatióne viciórum, perpetúitas nobis est obtinéndá virtútu. Nunc piárum méntium fortitúdo est donáre culpas, negligere contumélias, et oblivisci assuéscant injúrias. Nunc fidélis ánimus per arma justítie a

dextris se exerceat et sínistris : ut per glóriam et ignobilitátem, per infámiam et bonam famam, secúram consciéntiam nec laudes inflent, nec oppróbria defátigent. Non timeátur inter ópera misericórdie : terrenárum diminútió facultátum. Semper dives est Christiána paupértas, nec pavet in isto mundo indigéntia²⁷ laboráre : cui donátum est in ómnium rerum Dómino ómnia possidére. Operántibus ergo que bona sunt, non est omníno metuéndum ne eis facultas desit operándi : cum in duóbus minútis evangélice illíus vídue sit laudáta devótio, et pro cálico aque

frígide prémium hábeat gratuita largitio. Ex afféctibus enim priórum benignitátis mensúra taxátur, et nunquam eum miseréndi effícacia désertit : in quo misericórdia ipsa non déficit. Expérta est hoc vídua illa de Sarépta, que beáto Helýe in témpore famis illíus diéi cibum quem solum habébat appósuit : et prophéte esúriem necessitáti sue préferens exiguum faríne, ac pusillum ólei incunctánte expéndit. Sed non ei défuit quod fidéliter erogávit, et in vasis pia effusióne vacuátis fons nove ubertátis exórtus est : ut sanctis

[93r.]

úsibus non minuerétur ejus substántie plenitúdo, cujus non fúerat formidáta deféctio. His autem stúdiis dilectíssimi ad que vos voluntárie confidimus preparátos, non ambigétis dyábolum qui ómniū virtútum est adversáriuS invídere, et ad hoc vim malignitátis sue armáre ut pietáti láqueos de ipsa pietáte preténdat, et quos non potúerit dejícere per diffidéntiam, conétur superáre per glóriam. Quia difícilé est ut laudábiliter vivéntem laus humána non cápiat, nisi ut scriptum est : qui gloriátur, in Dómino gloriétur.

Lectio iij.

Cujus vero ille hostis nequíssimus non áudeat impugnáre propósitum, cujus non áppetat violáre jejúnium, quando versútias suas (sicut evangélica lectióne patefactum est) nec ab ipso mundi Salvátore contínuit ? Expavéscens enim in eo quadragínta diérum noctiúmque jejúnium, exploráre cállide vóluit, utrum hanc continéntiam donátam habéret an própriam, ut non metúeret deceptiónum suárum ópera resolvénda, si Christus ejus esset conditiónis cujus et córporis. Primo itaque dolo scrutátus est an ipse esset substantiárum Créator : qui rerum corporeárum possit in quo vellet mutáre natúras.

Secúndo an sub humáne carnis spécie divínitas obumbráta tegerétur : cui fáclle esset púrvium sibi áera fácere, et terréna per vácuum membra libráre. Sed cum illi Dóminus justítiam malúisset oppónere veri hóminis quam poténtiam manifestáre Deitátis : ad hoc convértit tértie fraudis ingénium, ut eum in quo divíne potestátis signa cessáverant, domínandi cupiditáte temptáret,²⁸ et ad veneratióne sui regna mundi pollicéndo tradúceret. Sed prudéntiam dyáboli stultam fecit sapiéntia Dei, ut supérbus hostis hóminem videns quem aliquándo superáverat, non metúeret eum púrsequi : quem pro

ómnibus oportébat óccidi. Hujus igitur adversárii dolos non solum in illécebris gule : sed étiam in propósito abstinéntie caveámus. Qui enim scivit humano géneri mortem inférre per cibum : novit et per ipsum nocére jejúnium. Et ad contrárie fraudis effectum, sicut per serpéntem íntulit interdícta presúmi : ita per famem suásit concéssa vitári. Utilis quidem est continéntia : que parco assuéta víctui deliciárum cóhibet appetítum : sed ve illórum dogmáti apud quos étiam jejunádo peccátur. Damnant enim creaturárum natúram in Creatóris injúriam, et contaminári edéntes ásserunt : his quorum non Deum sed dyábolum conditórem esse definiunt resultántes, dicénte após-

tolo, Omnia munda mundis, coinquinátis autem et infidélibus nichil mundum : sed inquináta sunt eórum mens et consciéntia. Vos autem dilectíssimi cathólice matris sancta generátio, quos in schola veritátis Spiritussánctus erúdivit, libertátem vestram cóngrua ratióne moderámini : sciéntes quia bonum est étiam a lícitis abstínere. Et cum castigátius vivéndum est, ita discérnere cibos : ut usus eórum removeátur, non natúra damnétur. Et a predictórum pestífero contágio vos removéte : ut cum Christo Dómino ómnium Creatóre regnétis qui vivit et regnat Deus per ómnia sécula seculórum amen. Tu autem Dómine.


[In laudibus.]

AS:159; 1519:154v; 1531:93r.

Ant.
VIII.i.




E- ne-rá-ti-o hec * pra-va et perversa signum



que- rit, et sig-num non dá-bi-tur e-i : ni-si sig-num

2935.



Jone prophé-te. *Ps.* Benedíctus. 60*.

Oratio.

Reces nostras quésumus Dómine
clemé-ter exáudi : et contra
cuncta nobis adversántia, délixteram

tue majestátis exténde. Per
Dóminum nostrum.

¶ *Ad vespéras.*

AS:160; 1519:154v; 1531:93r.

4934.


Ant.
IV.v.



I- cut fu- it Jo-nas * in ventre ce-ti tri-bus di- é-bus



et tri-bus nócti-bus : i-ta e-rit Fí-li- us hómi-nis in



corde terre. *Ps.* Magníficat. 53*.

Oratio.

Mentes nostras quésumus Dó-
mine lúmine tue claritátis il-
lústra : ut vidére póssimus que agénda

sunt, et que recta sunt ágere vale-
ámus. Per Dóminum.

¶ *Feria v.*

[*In matutinas.*]

Lectioes de sermone beati Leonis papae.

(*De sermone B. Leonis pape 5. de xl. Augustinus sermone 63. de tempore.*)²⁹

[*Lectio prima.*]³⁰



[93v.] **A**postólica dilectissimi doctrína nos ádmonet ut deponentes véterem hóminem cum áctibus suis : de die in diem sancta conversatióne renovémur. Si enim templum Dei sumus, et méntium nostrárum Spiritussánctus habitátor est, dicénte apóstolo, Vos enim estis templum Dei vivi : multa nobis vigilántia laborándum est, ut cordis nostri receptáculum tanto hóspite non sit indígnum. Et sicut in dómibus manufactis laudábili diligéntia providéndum est, ut si quid aut infusióne ímbrum, aut túrbine procellárum, vel ipsa fúerit antiquitate corrúptum, cita in íntegrum cura restítuat : ita jugi opórtet sollicitúde precáveri, ne quid in nostris ánimis incompósitum, ne quid inveniátur immúndum. Quamvis enim edificium nostrum sine ópere sui non subsístat artificis, nec fábrica nostra possit esse incólumis nisi ei protéctio profúerit conditóris : tamen quia rationábiles lápidés sumus et viva matériés, sic nos auctóris nostri

éxtruit manus, ut cum opífice suo étiam is qui reparátur operétur. Grátie ígitur Dei obediéntia se humána non súbtrahat : nec ab illo bono sine quo non potest bona esse, deficiat. Ac si quid sibi impossibile aut árduum in mandatórum efféctibus experítur, non in se remáneat sed ad adjuvántem recúrrat. Qui ídeo dat precéptum : ut éxcitet desidérium et prestet auxílium, dicénte prophéta, Jacta in Dóminum cogitatióne tuam, et ipse te enútriet. An forte quisquam tam insolénter³¹ supérbit et ita se illésum ita immaculátum esse presúmit, ut núllius jam renovatiónis indígeat ? Fállitur prorsus ista persuásio et nímia vanitate veteráscit qui inter tentatiónes istíus vite ab omni se credit vúlneré immúnem. Plena ómnia perículis : plena sunt láqueis. Incitant cupiditates, insidiántur illécebre : blandiúntur lucra, damna detérrent. Amare sunt obloquéntium lingue : nec semper verácia sunt ora laudántium. Inde sevit ódium, hinc decipit mendax officium, ut facílius

sit vitare discórdem, quam declinare

fallacem.

Lectio secunda.

Ipsis autem virtutibus obtinendis tam dubius modus et tam incerta discretio est, ut si quisquam inter bonorum malorumque confinia subtilissimi discriminis potuerit servare mensuras : difficile sit ut bene sibi consciam probitatem obtreptantium lingua non mordeat, et iniquorum evadat opprobria, cui sit amica justitia. Jam cum ad ipsas rerum temporalium varietates cogitatio humana convertitur : quante se opponunt caligines, quanti pravaram opinionum obruuntur errores, ut de objectu contrariorum sumatur materia querelarum. Nam licet omnium fidelium corda non dubitent, nullis mundi hujus partibus, nullisque temporibus providentiam abesse divinam, nec de stellarum potestate que nulla est secularium negociorum pendere proventus, sed equissimo et clementissimo summi Regis arbitrio cuncta disponi, quoniam sicut scriptum est, Universe vie Domini misericordia et veritas : tamen cum quedam non secundum desideria nostra procedunt, et sub humani errore judicii superior est plerumque iniqui causa quam justi : vicinum nimis atque contiguum est ut etiam

magnos ista concutiant : et in aliquod illicite causationis murmur impellant. Siquidem cum istis varietatibus etiam excellentissimus propheta David : usque ad periculum se turbatum profiteatur, et dicat, Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei : quia zelavi in peccatoribus pacem peccatorum videns. Unde quia paucorum est tam solida fortitudo, ut nulla inequalitatum perturbacione quatiuntur, et multos fidelium non adversa tantum sed etiam secunda corrumpant : sanandis vulneribus quibus humana infirmitas sauciatur, diligens est adhibenda curatio. Ideo enim de periculis quibus hic mundus plenus est quedam breviter percurre : ut dicente scriptura, Quia gloriabitur castum se habere cor, aut mundum se esse a peccato : omnes sibi intelligant delictorum indulgentiam et reparacionis necessariam esse medicinam. Quando autem dilectissimi ad remedia divina decurrimus, cumque ipsa nobis sacramenta redemptionis nostre temporum lege referuntur, que ut dignius celebremus : saluberrime nos quadraginta dierum jejunio preparamus. Non enim hi tantum, qui per mortis

[94r.] Christi resurrectionisque mystérium in novam vitam baptismo sunt generante ventúri : sed étiam omnes pópuli renatórum et utiliter et necessarié presídium sibi hujus sanctificatiónis assúmunt. Illi, ut que

nondum habent accípiant : isti, ut accépta custódiant, dicente apóstolo, Qui stat, vídeat ne cadat. Nemo est tanta firmitáte suffúltus : ut de stabilitáte sua débeat esse secúrus.

Lectio tertia.

ATámur ígitur dilectíssimi salubérrimi témporis venerabilibus institútis : et solertióre cura cordis nostri spécula tergámus. Quantúmlibet enim caste et sóbrie mortális hec vita ducátur : quodam tamen púlvere terréne conversatiónis aspérgitur. Et nitor méntium ad Dei imáginem conditárum, non ita fumo tótius vanitátis aliénus est : ut nulla possit sorde fuscári, et non semper indígeat expolíri. Quod si étiam cautíssimis ánimis necessariú est : quanto illis ámplius est expeténdum, qui tota forte anni spácia, aut secúrus aut negligéntius transiérunt ? Quos charitáte débita commonémus ut non ídeo síbimet blandiántur, quia nobis consciéntie singulórum parére³² non possunt, cum óculos Dei simul univérse cernéntis, non ábdita locórum, non paríetum septa seclúdent, nec solum ei acta et cogitáta verum et agénda et cogitánda sunt cónita. Ista ergo sciéntia summi júdicis, iste est treméndus aspéctus, cui pérviú est

omne sólidum, et apértum omne secrétum. Cui obscúra clarent, muta respóndent, siléntium confitétur : et sine voce mens lóquitur. Nemo patientiam bonitátis Dei de peccatórum suórum impunitáte contémnat : nec ídeo illum éstimet non offénsus, quia necdum est expértus irátum. Non sunt longe vite mortális indúcie, nec diutúrna est licéntia insipientium voluptátum in eternárum dolore transitúra penárum : si dum justícia suspénditur, peniténtie medicína non quéritur. Confugiámus ergo ad presentem ubique misericórdiam Dei : et ut sanctum pascha Dómini digna observántia celebrétur : cunctórum se fidélium corda sanctíficent. Mitéscat sevícia : mansuéscat iracúndia. Remíttant sibi omnes culpas ívicem suas : nec exáctor sit vindícte, qui petítor est vénie. Dicéntes, Dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris : duríssimis nos vínculis illigámus, nisi quod profitémur impleámus. Unde si


orati6nis hujus sacratissimum pactum non tota sui conditi6ne servatum est : nunc saltem consci6ntiam suam unusquisque cogn6scat : et ali6nis ignosc6ndo delictis, abluti6nem su6rum obtineat peccatorum : dicente D6mino, Si dimiseritis hominibus peccata e6rum : dimittet vobis et Pater vester qui in celis est, delicta vestra. Non longe est ab uno quoque quod poscit : cum ex benignitate supplicis, sententia pendeat judicantis. Qui humanarum precum misericors et justus auditor equitati sue de nostra levitate prescribit, ut non haberet in eos jus severitatis : quos non invenisset cupidos ultionis. Clem6ntes autem et mites animos : 6tiam largitas decet. Nichil est enim dignius quam ut homo sui sit auctoris imitator : et sec6ndum modum pr6prie facultatis,

divini sit op6ris ex6cutor. Nam cum aluntur esuri6ntes, vestiuntur nudi, fov6ntur infirmi : nonne auxilium D6mini manus explet ministri, et benignitas servi munus est D6mini ? Qui cum ad eff6ctus misericordie sue adjutore non 6geat : ita suam omnipotentiam temperavit, ut laboribus hominum per homines subveniret. Et m6rito Deo gratie refer6ntur de pietatis officiis : cujus 6pera vider6ntur in famulis. Propter quod ipse D6minus discipulis suis ait, Sic luc6at lumen vestrum coram hominibus, ut vid6ntes 6pera vestra bona magnificent Patrem vestrum qui est in celis : per Christum D6minum nostrum qui vivit et regnat Deus per 6mnia s6cula secul6rum. Tu autem D6mine miserere nostri.


[In laudibus.]

AS:160; 1519:154v; 1531:94r.

4918. Ant.
VII.i.



I vos mans6-ri- tis * in serm6ne me-o, ve-re



disci-pu-li me-i 6-ri-tis : et cognos-c6-tis ve-ri-t6-tem,

¶ *Feria vj.*

[*In matutinas.*]

*Lectiones de sermone beati Maximi episcopi.*³⁵

Lectio prima.



Udístis charíssimi³⁶ sicut evangélica tuba cécinit, Dóminum ac Redemptórem nostrum advérsus tentaménta dyáboli reluctántem quidem verbis : sed Spíritu dimicántem. Sermóne enim certámen agit : sed perágit majestáte victóriam. Nec sine ingénti mystério hujúsmodi putémus esse conflictum, in quo aut accénsus diábolus in verba prorúmpit : aut rerum Dóminus tentatóri suo verbis nichilóminus respondere dignátur. In his autem ómnibus : nostre salútis est rátio. Nobis Salvátor esúrit : pro nobis lóquitur. Nos in illo víncimus : quia nos ei sumus causa pugnándi. Nam quis ámbigat Unigénitum Patris, cui nulla obviáre póterat creatúra, pro illis iniísse certámen quorum se carne véstivit ? Humáni ígitur córporis forma hostem callidíssimum prodire suásit ad prélium : quem verus Dei Fílius veri hóminis responsióne confúdit. Propter quod errabúndus et anceps tentátor móllia suspensáque tentaménta rimátur, quia licet carnális viri spéciem contemparétur in

Christo : preséntia tamen divinitátis concitátus, suspicabátur eum plus esse quam hóminem. Animábat itaque illum presúmere congréssum partus femíneus : sed terrébat virgíntas pariéntis. Quamvis enim Christum María Eve utíque filia peperísset : non tamen eum concéperat de Adam. Cum ergo vidéret inimícus Dei Fílium tanta per mirácula procreátum : volvébat secum (ut arbítror) atque admírans dicébat, Quis est iste qui nesciénte me hunc ingrédus est mundum ? Novi quidem quia de fémína natus est : sed néscio unde concéptus. Astat ecce mater : sed patrem investigáre non possum. Partum vídeo : sed non agnóscó nascéntem. Et quod stupóri meo accrésceat : inconsuéta lege pariéndi, étiam édito filio mater exúltat ut virgo. En jacet in cunábulis ut párvulus, suffúndit láchrymis vultum : similémque se esse mortálium, vagítibus prodit. Et cum nichil ei de infántia desit : nulla tamen illi est velut in infánte corrúptio. Pannis óbsitus sordet, sed celum illi rádio

stelle letiōris arridet, atque in honōrem ipsius ministrāntes ei āngeli inter sýdera terrásque concúrrunt, et exultāntes annúnciant : quam non intélligo novitātem. Quid hoc

miráculi est ? Vídeo quod advértere néqueo, áudio quod sustinere non possum : ut homo natus honorátur ut Deus. Tu.

Lectio ij.

A séculis nunquam michi cóntigit ut quisquam nascerétur homo : et humáni vícii nichil habéret. Que hec tam nova poténsque generátio est ? Inter peccatóres et ímpios natus, mortáli étiam de matre progréssus : purgátior cunctis nascéntibus, et ipso michi celo púrior appáret. Avarície in eo radix nulla consúrgit : nulla ejus cor pulsat invídia. Nescit ejus lingua mendácium : óculi ejus concupiscéntiam non admittunt. Nulla áurium voluptáte móllitur. Luxúries certe per quam michi humánum genus subjéci : pectus ejus non potest penetráre. Nulla illi jactántia inest : nulla malícies. Et quid plura ? Nichil in eo repéio quod me deléctet : omnes meos conátus évacuat. Quid agam ? Quo me convértam ? Fortiōrem me séntio. Puto illum in regno meo velle regnáre. Ne forte Deus sit iste : quem nullum potest maculáre delíctum. Sed si Deus esset, quómo modo indignitátes partus femínei sustíneret ? Quómo modo esset cunis pannisque conténtus ? Quis crédere

possit infántie vagítus in Deo ? Cui non ridículum est Deum femíneo lacte nutrírí ? Post ómnia ecce ésurit : cum utíque esuríre Deum rátio nulla persuádeat. Ignorábat nimirum diábolus quia quod Christus nutrímēta perferébat infántie, quodque esuriébat ut homo : non erat fragilitátis corpóree, sed celéstis grátie sacraméntum. Dei enim Fílius cui cum sempitérno Patre intemporális constat etérnitas, qui cum suo Genitóre [95r.] naturáliter impassíbilis, incorrúpto regnat império : egit in carne nostra salutáre mystérium. Et ob hoc communionem mortálium súbiit passiónum : ut inimícum géneris humáni hóminis certámīne triumpháret. Unde et presúptor ille furóre suo cecátus, ait ad Dóminum, Si Fílius Dei es : dic ut lápides isti panes fiant. Stultíssima hec ejus inanísque surréptio. Per panem enim vult eum tentáre qui panis est, éstimans esce illum penúria laboráre : qui voluntárium perferébat esúriem. Cui respóndit Dóminus, Scriptum est, non

in solo pane vivit homo tantum : sed in omni verbo Dei. Hoc est dicere, Frustra diabole iterum per escam supplantare conaris. Sufficiat tibi suadendo cibos illicitos in paradiso : Adam per te fuisse deciptum. Nec esuries me vincit : nec tuis suasionibus cedo. Voluntas enim Dei : cibus est meus. Verbum Dei : michi est perfecta refectio. Qua sententia percussus : iterum ut estimo dixit

diabolus, Quid hoc rei est ? Video illum esurire : et necessitatem in eo non invenio manducandi. Omnia ut homo patitur : et omnia vincit ut Deus. Adam ille Dei certe manibus factus, meis quondam cessit insidiis : hic natus e femina neque suis necessitatibus flctitur, neque meis consiliis acquiescit. Illum serpentis ore superavi, hic etiam meipsum loquentem contemnit.

Lectio iij.

Iterum stanti Domino supra pinnam templi : ait, Si Filius Dei es : mitte te deorsum. Mitte te deorsum inquit. Quam turbatus hoc loquitur ? Qui putat ei se posse precipitium persuadere : a quo nichil potuit de panibus impetrare. Cui respondetur a Christo, Scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum. Id est hoc quod suades diabole : tentationis presumptio est, non consilium sanitatis. Jactantie vanitas : non virtutis exemplum. Inane est omne miraculum : quod utilitatem salutis humane non operatur. Et hac Domini responsione cassatus : ostendit ei omnia regna mundi et honores eorum dicens, Hec omnia tibi dabo : si procidens adoraveris me. Cui iterum respondetur, Scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis :

et illi soli servies, id est, qui te demon adoraverit : non ei regna sed inferna debentur. Adorare namque Deum verum eique servire : prerogativa regnandi est. Tu autem qui honores mundi expetita prevaricatione promittis : nec regnum dare posse te noveris. Ecce tentator trina jam interrogatione nichil profecit. Incertus venit : rediit incertior. Aggressus est ut probaret : reprobatus abcessit. Ergo nunc fratres charissimi quia jejunantis Domini victoriam recensentes, triumphum nostre salutis agnovimus : jejunia nostra religionis sanctificemur obséquiiis. Quid autem est aliud sanctificare jejunium, nisi jejunii causa sancta velle justificare, iniqua vitare ? Sanctificat ille jejunium : cujus cor adulatio potentum amicorum parentumque gratia, clien-

tum étiam parva magnáve munúscula a recto trámite non avértunt. Sanctíficat jejúnium suum : cujus justícia precío non viléscit. Sanctíficat ille jejúnium : qui flammás seviéntis iracúndie, mansuète mentis placabilitáte restínguit.³⁷ Sanctíficat jejúnium : qui lasciviéntes óculos a turpi aspéctu habénis castitátis avértit. Sanctíficat jejúnium : qui conviciórum jácula cum scuto paciéntie repercússa dispérgit. Sanctíficat jejúnium : qui litigántium tumúltus pacífici sanitáte sermónis et lingue prudentiórís arte compéscit. Sanctíficat jejúnium : qui consurgéntes in semetípso vanárum cogitatiónum spinas evangélico sulcánte vómere velut quidam péctoris sui arátor excídit. Sanctíficat jejúnium : qui inópias egenórum pro quantitaté substántie sue miserántis manus

humanitáte solátur. Sanctíficat ille jejúnium : qui per ómnia precéptis divíne legis inténtus, diabólica a corde suo réspuit tentaménta. Et ideo fratres charíssimi si vólumus Deo plácita exhibere jejúnia : simus in fide fortes, in judíciis justí, in convíviiis sóbrii, in voluptátibus continéntes, in amicitia fidéles, in injúriis paciéntes, in contentiónibus moderáti. Refugiéntes turpilóquia, advérsus iniqua constántes, in charitáte simplices, [95v.] inter súbdolos cauti, condoléntes trístibus, contumácibus resisténtes. In suspicióibus parci, inter malíloquos táci, inter húmiles coequáles. Si hujúsmodi virtútibus nostra voluérimus sanctificáre jejúnia : tribuente Dómino ad festivitátem paschális grátie, et ad gáudia celéstium promissionum, indubitáta fidúcia et consciéntia letióre veniémus.

[In laudibus.]

AS:160; 1519:155r; 1531:95v.

Ant.
IV.iv.



1412.

N-ge-lus Dómi-ni * descendé-bat de ce-lo, mo-ve-



bá-tur aqua : et sa-na-bá-tur u-nus. Ps. Benedíctus. 52*.


Oratio.

Esto Dómine propicius plebi tue : | benígno refóve miserátus auxílio. Per
et quam tibi facis esse devótam, | Dóminum.

¶ *Ad vesperas.*

AS:160; 1519:155r; 1531:95v.

4483. Ant.
I.i.



Ui me sa-num fe-cit : * il-le michi pre-cé-pit :
tolle gra-bá-tum tu-um, et ámbu-la in pa-ce.

Ps. Magnificat. 46.*

Oratio.

EXáudi nos miséricors Deus : et | lumen osténde. Per Dóminum
méntibus nostris grátie tue | nostrum.

¶ *Sabbato.*

[Ad matutinas.]

*Lectioes de sermone beati Maximi episcopi.*³⁸

Lectio j.

Conflictus iste mirábilis, | triumphále mystérium sonat. Omní-
quem inter celi Regem et | potens enim Dóminus ineffábilis
Regis celéstis tyránnum | pietátis afféctu, captivitátem miserátus
fuisse, charitátis vestre áuribus sancti | humánam, simúlque volens diabó-
evangélii léctio nunc decúrta testáta | licam potestátem suo jam remóvere
est : Domínice nobis incarnatiónis | de mundo : misit unigénitum Fílium

suum, non divinitate degenerem, non virtute dissimilem, non voluntate discordem, qui nostram suscipiens carnem, spreta veteri conditione nascendi, de femina incorrupti corporis nova lege novus filius nasceretur, quatenus diabolus salutarem hunc hominem in consortium Deitatis ascitum et si tentare presumeret superare non posset. Itaque cum videret leo ille feralis Agnum Dei, post longissimum ac continuum quadraginta dierum ac noctium jejunium esurire, et esurientem Deum esse non crederet : arte illum callidissime tentationis aggreditur dicens, Si Filius Dei es : dic ut lapides isti panes fiant. Cogitabat ut estimo apud se tanti artifex doli : et dicebat, Si hic ipse est cujus precepto esurientibus per deserta populis

manna fluxit e celo, si ipse est quem novi ego flumina produxisse de petra : poterit nunc in panem lapides transfigurare. Et si non mea petitione : sua tamen necessitate qui esurit. Quod si fecerit : Deum probabo. Si nequiverit : hominem deprehendam. Expectabat ergo diabolus panem quem non tam sibi acquireret : quam mundo conabatur auferre. Sed rerum Dominus, qui et panem de lapide posset efficere, et exploranti humane nollet salutis clarescere sacramentum : sic suum moderatus est sancto in ore responsum, ut nec ipse qui veritas erat mendacium loqueretur, nec ille qui ab initio mendax est, quam non erat crediturus posset agnoscere veritatem. Ait ergo illi Dominus, Scriptum est, Non in pane tantum vivit homo : sed in omni verbo Dei.

Lectio secunda.

Accipit tentator a lege responsum : cui contraire non possit. Non accipit panem quem non manducandi consuetudine : sed decipiendi fraude poscebat. In quo enim Dei Filius panem necessarium haberet humanum, cui omnis erat propria in divinitate substantia, vel qua ratione qualicumque de lapide Christus terrenum faceret panem, cum ipse (sicut legitur) spiritualis et panis esset et

lapis ? Illusus itaque irrisusque tentator : aliam machinam tentationis aggreditur. Nam cum secreto suo archanoque consilio staret Dominus supra pinnam templi : ait illi diabolus, Si Filius Dei es : mitte te deorsum. O quam stulta hec suasio nimumque perversa : ut Filio Dei diceret, Mitte te deorsum. Nunquid non rectius dixisset, Si Filius Dei es, ascende in celum.³⁹ Quod utique si faceret

Dóminus : vere illum Dei esse Fílium comprobáret. Sed inimicus celi non tentádo quidem ascénsum vult suádere celéstem, sed deórsum et ima próvocat : quia optat omnes cádere qui se sentit pre ómnibus cecidísse. Nec intélligit cecus quia illi conátur ruínam suádere : qui non solum cádere non potest, sed ruínas venit emendáre lapsórum. Dóminus enim [96r.] (ut lectum est) erigit elísos : Dóminus solvit compéditos. Qui ergo vénerat non decípi sed decépta salváre, explorántis artem tanta mensúra cautíssime responsiónis evácuat : ut tenebrósus hostis non solum mystérium pro nobis propósitum vidére non possit, sed magis magisque respónsis Domínicis circumáctus obscurióre confunderétur incérto. Ait enim illi spiritalís bellátor prélii

invíctus, Scriptum est, Non tentábis Dóminum Deum tuum. Quam simplex in hac responsióne prudéntia, et quam circumspécta simplicitas : per quam nec véritas reticétur, nec repróbus potest probáre que vera sunt. Vere ut scriptum est, Lux in ténébris lucet : et ténébre eam non comprehendérunt. Audit dyábolus Deum non esse tentándum, non tamen agnóscit Deum hominémque esse quem tentat. Vidétque⁴⁰ enim páriter Christum et respondére que hóminis sunt : et posse que Dei sunt. Sed nequítie ejus nec ista sufficiunt : tértie adhuc tentatiónis láqueos nectit. Duxit inquit⁴¹ illum in montem excélsum valde : et osténdit ei ómnia regna mundi et honóres eórum, dicens, Hec ómnia tibi dabo : si prócidens adoráveris me.

Lectio iij.

S Olícite fratres advértite : quia cádere est omne quod suádet inimicus. Vere étenim prócidit omnis qui adórat diábolum : et vere cadit qui potestátes honorésque mundi per artes sacrilégas inimíco promitténte sectátur. Sed Dóminus ac Salvátor noster, sólita eum responsióne confúdit dicens, Vade retro Sáthana. Scriptum est enim, Dóminum Deum tuum adorábis : et illi soli sérvies.


Sanctárum illi scripturárum testimónia ingerúntur, non ut inconvertíbilis doceátur : sed ut ímpudens confutétur. Retro illi abíre precépit Christus : ut hostis duríssimus adépta sibi jam loquéndi licéntia, cujus voluntátem agnóscere non potest, séntiat potestátem. Retro ei abíre precípitur, qui mundi dabat regna, ut impérió Fílii Dei cui voluntárius non cedébat, subjáceret invítus : atque

illum a quo se adorari impròbe poscébat, probáret mérito ab ómnibus adorándum. Et quid plura charíssimi, dum nefánda lóquitur tentátor, dumque inconcésa presúmit, quasi ab hómine victus obmúit : et quasi a Deo jussus abcessit. Et necesse erat ut ab illius jam tentatióne discéderet : in quo tota se mole movens totisque nisus víribus, ne vestígium quidem sue reperíre pótuit voluntátis. Stupens atque demírans post tot sécula invenísse hómíne humanas concupiscéntias non habéntem : natúmque in carne nichil pénitus corruptiÓNis habére carnális. Discedénte itaque retrórsus diabolo : accedéntes (ut lectum est) ángeli ministrábant ei. Triúmphus iste quante sit glórie : obséquia nos edócent angelórum. Nec mirum sane, si ejus ángeli ministériis occurrerunt : cujus victóriam mirábantur. Et ídeo fratres si nólumus a dyábolo superári : inhereámus ei qui dyábolum triumphávit. Adherére autem est Christo crédere : et Patérne illi Deitátis esse natúram, et matérni córporis veritátem. Vincere autem dyábolum ipso suffragánte Dómino póterit : quicúnque salutária Dei precépta suspirans, studúerit exósam cunctis túmide mentis sue

inclináre supérbiam, radicem malórum ómnium avaríciam coherére, inimícam bonárum virtútum refrenáre luxúriem, hostem sancte charitátis invídiam mitigáre : inútilia et sepe periculósa obtrectántium vitáre collóquia. Usurárum étiam perniciosá non amáre compéndia, custódem pacis justíciam munéribus non graváre : nóxia factiÓNis horrére comménta, inglórium et nonnúquam cruéntum indébiti honóris ámbitum declináre, incentíva discórdie, contumelióse lingue maledícta cohíbere mendácia. Nichilóminus que vitam máculant, ánimam vulnerant, amicitias díssipant, Christiánum a bono ópere repéllunt, atque ab ómnibus superstitiÓNibus demónum idolorúmque sacrilégis per que vel máxime benignitas Omnipoténtis offénditur : veri Dei amóre diffúgere. Si ergo ab his atque univérsis hujúsmodi sceléribus vicísque júgiter jejunémus : sancte hujus quadragésime rite celebrábimus dies : et ómnium solennitátum nostrárum festa exultántes, cum fidúcia letiÓris consciéntie, et cum tranquillitáte [96v.] témporum transigémus : per Dóminum nostrum Jesum Christum, qui vivit et regnat Deus per ómnia sécula seculórum amen. Tu autem.

AS:160; 1519:155r; 1531:96v.⁴²

1501. Ant.
II.i.



S- sumpsit Je-sus * dis-cí-pu-los su-os, et as-
céndit in montem : et transfi-gu-rá-tus est ante e-os.
Ps. Benedíctus. 47*.

Oratio.

Populum tuum quésumus Dómi-
ne propícus respice : atque ab

eo flagélla tue iracúndite⁴³ cleméner
avérte. Per Dóminum nostrum.

Notes, pages 883-914.

- ¹ 'In England the day was called Olive or Branch Sunday, Sallow or Willow, Yew or Blossom Sunday, or Sunday of the Willow Boughs.' Mershman, Francis, 'Palm Sunday', *The Catholic Encyclopedia*. Vol. XI. Retrieved November 26, 2008, from New Advent: <http://www.newadvent.org/cathen/11432b.htm>.
- ² 1519:152v.
- ³ *Ambrosii Opera* VIII. p. 133, ed. Venet. 4°; p. 531, ed. fol. (*de Sermonibus S. Ambrosio hactenus adscriptis*, Sermo xxviiij. [SB:dlxxxv.]
- ⁴ SB:dlxxxvi. has 'indicta' with the following note: 'in dicta' excudit Chevallonius (A.D. 1531) *quod et in Ambrosianis editoribus invenimus*.
- ⁵ 'ebrietas parcitatem' legimus, secundum sensus exigentiam et codicum MSS. plurium ac potiorum consensum. Chevallonius vero, cum nonnullis codicibus, et cum omnibus editoribus ante Benedictines, 'sobrietas parcitatem' repugnante sensu. [SB:dlxxxvii.]
- ⁶ 1519:153r.
- ⁷ 'nobis jejúnium', 1519:153r.
- ⁸ 1519:153r.
- ⁹ 1519:153r.
- ¹⁰ 'supra scriptum est', 1519:154r.
- ¹¹ 'vestrum' 1519:153r.
- ¹² 1519:153r.
- ¹³ Quid velint verba rubrice 'Quere post Psalterium' in margine ed. 1531. adscripta, non satis liquet. [SB:dlxxxix.] This rubric points to the *Tabula psalterii*. [428].
- ¹⁴ 'et collecta'. 1519:153v.
- ¹⁵ 1519:153v.
- ¹⁶ 1519:153v.
- ¹⁷ 1519:153v.
- ¹⁸ 1519:153v.
- ¹⁹ 'de despéxeris' Chevallon. [SB:dxcii.]
- ²⁰ 1519:154r. has 'nostrórum víncula peccatórum'.
- ²¹ *Augustini* Sermo 393 de Penitentibus, *Opera*, tom. v. 2244, ed. Paris, 1837. [SB:dxciiv.]
- ²² 'tuum', SB:dxciiv.
- ²³ No flats appear in 1519:154r. AS:159 omits 'et' before 'cáthedras' and omits its note.
- ²⁴ 1519:154r.
- ²⁵ *Leonis* Sermo iv. de Quadragesima. *Opera*, p. 37. [SB:dxciiv.]
- ²⁶ 1519:154v.
- ²⁷ 'indulgéntia' Chevallon. [SB:dcxix.] *Breviarium*-1516:95v. has 'indigéntia'.
- ²⁸ 'temperáret' Chevallon. [SB:dc.] *Breviarium*-1516:95v. has 'temptáret'.
- ²⁹ *Leonis* Serm. v. de Quadragesima. *Opera*, p. 39, Inter *Augustini Opera*, tom. v. 2732. In Appendice Serm. 148. [SB:dcii.]

- ³⁰ 1519:154v.
- ³¹ 'insolérter', *Chevallon* 1531. [SB:dcii.]
- ³² 'pátere', *Leonis Opera in loco citato*. [SB:dcv.]
- ³³ 1519:154v. has 'remédia posuísti'.
- ³⁴ In 1519:155r. the second 'enim' is set F.FE. 1519:155r. has 'enim ex me'. PEN:72r. and BL-52359 give the psalm-tone as IV.i.
- ³⁵ B. *Maximi* Homilie Hiemales. Homilia prima de Jejunio Quadragesima. *Opera*, p. 205. [SB:dcvii.]
- ³⁶ 1519:155r. has 'Audístis fratres karíssimi'.
- ³⁷ 'restríngit' *Chevallon*, 1531. [SB:dcxi.]
- ³⁸ *Maximi* Homilie Hiemales. Homilia ii. de Jejunio Quadragesime. *Opera*. p. 200. [SB:dcxii.]
- ³⁹ 1531:95v. appears to have a question mark here.
- ⁴⁰ SB:dcxiv. has 'Videt' and prints the following footnote: 'Vidétque enim' *Chevallon* 1531.
- ⁴¹ SB:dcxiv. places 'inquit' in parentheses.
- ⁴² In 1519:155r. this antiphon is set a fifth lower, in the F-clef, but with no flat at 'discípulos'.
- ⁴³ 'iracúndie' 1519:155v.